Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26030
Copyright: Admont, Benediktinerstift



bonis polleret moribus. sicut etiam uidimus. et frequenter cepti su
mus magistri cepit adiutor existere. ac ei miraculorum cooperator
esse. Hunc scilicet Benedictus omnibus semper carum dilexit et
instruxit. atque ita in omnipotentis dei informauit seruicio.
ut nemini post ipsum in cenobiali sacro sancta obseruatione su
ere sedes. Quis enim unquam austeri corporis proprium ieiunis abstinen
tia. ac uigiliis. squaloribus quoque. et nimius edomuit frigoribus.
Frequenter enim eum uidimus diebus sexte quadragesime nec tu
nica nec cuculla. nisi tantum sacco uti cilicino. et duabus tantum
uicibus in ebdomada parcissimum poti pregustare quam sumere
cibum. Iste quippe mos in omni uita sciilicet fuit Benedicto.
cui ille exemplo puocatus. afflictione pualida carnem macerabat. in quantum illi eidem patris sui permittebat licentia. Iam
reliquo toti anni tempore sub monachili tunica semper aspe
rima. a scapulis usque ad renes induebatur trogulo eidem subte
minis in strato super aggestum cadis et sabuli tantum. excepto
quadragesimali tempore semper usus cilicio. Tunc enim in quan
tum poterat sollicite satagebat non iacendo. sed poti stando. ut
cum numia eum lassitudo copulisset sedendo somnum capere.
Nemo illum unquam uidit de lectulo cum ceteris surgere fratribus.
si semper nocturnos uigilando puemre ymnos attenti pecu
rabat. Plerumque quinquagenos. sepe etiam centenos psalmos. ni
nunquam u totum ex ordine psalterium ante nocturnale consumas
synaxim. exceptis diuaxit horarum spacius. quibus orationum lac
marumque ac creberrimae pfundebat preces singultuum. Silentio
u ac lectioni ita assidue uacabat ut phoc etiam ipsi scilicet
Benedicto admirabilis haberet v R.
His quibusque aliisque quis enumerare longissimum est. eo succrescente
uirtutibus. scilicet de illo Benedictus pleruque in conuentu fratrum
subpresso eius nomine quasi de alio loquebatur iuniorib ne